



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri  
apostatæ super actis Ratisponæ**

**Eck, Johannes**

**Ingolstadii, 1543**

**VD16 E 416**

Insaniae Buceri in vulgari libro & eius vocatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30106**

nibus Lipsiæ, Baden & Vuormaciæ. Ille iniurijs agit & calu-  
 mnijs, & canina vtens facundia, extra chorum saltat, vt li-  
 bidini maledicendi satisfiat. Nam dum superiori anno acta  
 Ratisponæ in Comitijs euulgasset, multisq; iniurijs oneraf-  
 set catholicos principes, & plæraq; perperam recenseret, &  
 à veritate aliena, respōdi Apologia pro legato & Christia-  
 nis principibus, expectans quid Bucer obijcere posset. Inte-  
 rea amicus mihi Buceri acta versa in Germanicum transmi-  
 sit, quæ non curavi legere, arbitratus eum candide vertisse  
 librum proprium. Post multum vero temporis retulit mi-  
 hi catholicus, Bucera scripsisse me mortuum in illis ipsis  
 actis Germanice versis. Ingredior librum, & quæro, inue-  
 nio fraudes, dolos, imposturas Sinonis istius. Non enim  
 librum Latinum verterat, sed penitus alium supposuerat.  
 O dii, quanta impietate. Pollicetur Marchioni Electori de  
 um Teutonibus placatum, si cum Lutheristis concorde-  
 mus, Victoriam promittit contra Turcam, si per fidem ad  
 deum redeamus. Vtque Christus nobiscum iturus sit con-  
 tra Turcam & Capitaneus exercitus (ac si Christus gaude-  
 ret ire cū excucullatis monachis, periuris sacerdotibus, cū  
 impijs & sacrilegis militibus) Pollicetur erigendas Græciæ  
 ecclesias. Hui quàm belle. Ecclesias in Germania destruit,  
 & promittit se erecturum ecclesias in Græcia: lactat vocati-  
 onem suam & officium suum. Quis vocauit eum? quando  
 hinc inde vagabatur cum Oecolāpadio & Hedione. Quis  
 vocauit eum, vt oppugnaret eucharistiam, & Zuingliani-  
 smum non solum susciperet, sed etiam tueretur contra or-  
 ganum dei & magistrum suum Lutherum? Cogitur tamē  
 verum fateri, Lutheranos suos non ostendere euāgelium  
 in vita. Viginti annis testatur nos vocatos ad pœnitentiā,  
 quasi non à Christo simus vocati ad pœnitentiā conti-  
 nue à M. & D. annis. Fateor deum nos vocare ad pœnitē-  
 tiam, sed vos deuocatis homines à pœnitentiā ad sectas,  
 M quia

Infantiæ  
 Buceri in  
 uulgari li-  
 bro.

Vocatio  
 Buceri.



quia non per legitimam vocationem intraſtis, ſed aliunde  
 aſcendiſtis, ſicut fures & latrones. Contextit (ita vult vide-  
 ri) hiftoriam actorum: cum autem prima lex hiftoriæ (vt  
 Polybius. Polybius inquit) ſit veritas, ipſe omnia mendacijs & calum-  
 nijs reſarſit, vt apertum feci omnibus Apologiam noſtram  
 Fol. 236 Bucer mē-  
 ritus EC-  
 Kii mor-  
 ſuum.  
 legentibus. Tandem vellicādo folia veni ad locum, vbi ſcri-  
 bit me mortuum eſſe. Vah impudentiam. Incepi diligentius  
 legere, quo me miſericors homo honeſtaſſet Epitaphio,  
 vnde craterem mendaciorum inueni apud Bōmolochum  
 iſtum & famæcidam. At quia crudelis eſt, qui famam ſuam  
 negligit, in gratiam omnium bonorum, & honeſtatem a-  
 mantium, famam meam contra Eckimaſtygen defendā,  
 ſicut integrum & bonum virum decet.

PLAVSTRA INFAMATIONVM BV-  
 CERI iniquarum in Ioannem Eckium.

**E**ckius falſum testimoniū dedit cōtra libæ colloquij  
 Eckius ſeipſum ingeſſit importune & Auguſtæ &  
 Vuormaciæ.

Imp. eum delegit ad colloquēdum Ratiſponæ, eo quod  
 multi arbitrātur cum doctiorem ex Theologis Papiſticis,  
 & ſeipſum talem reputat.

Electus eſt etiam contemplatione principis ſui. Alioqui  
 ſic notus eſt Eckius ambitionis ſuæ & impuræ vitæ, vt non  
 fuiſſet aſſumptus.

Nullus debet manducare panem cum Eckio, id eſt, quia  
 tam diu perſecutus eſt euangelium, 2. Sacrilegus eſt ob plu-  
 ralitatem beneficiorum, quæ poſſidet & fruitur. 3. Quod à  
 pueritia inuerecunde vixit cum mulieribus & compotati-  
 onibus, 4. De quibus omnibus non poenituit.

Eckius tractat diuina vane & futiliter, ſolum ad pompā  
 & gloriam, ſicut agoniſta ſcholasticus: Id quod grauiter tu-  
 lerunt Contheologi Vuormaciæ, & præſidentes Ratiſpo-  
 næ